

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. L.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224

Autatis sua sit cum alio, propter perfectionem aliquam, quod autem sit cum glorioso non requiritur dos subtilitatis, nec perfectio aliqua. ¶ Ad illud quod dicitur, quod magis conuenit gloriosum cum glorioso, quam cum non glorioso, dico quod verum est. ¶ Et cum dicitur, ergo deberent esse magis simul, dico quod non oportet, nisi essent cetera paria, non enim omnis similitudo est ratio similitudinis. si enim ratio valeret, concluderet, quod cum duarum dimensionum plus conueniant inter se, quam quantitas cum qualitate, ergo magis posset esse simul, quod falsum est. ¶ Potest etiam ibi dici, quod non, propter impugnam voluntatis alterius beati, non enim habet anima imperium super corpus gloriosum, sicut super non gloriosum.

HIC ORITVR QVÆSTIO EXPRÆMISSIS DVCENS &c.

DISTIN. 2.

QVÆSTIO I.

Vtrum aliquis secundum rectam rationem ad fugiendum miseriam possit appetere non esse.



IRCA istam distinctionem primo quaritur. Vtrum aliquis secundum rectam rationem ad fugiendum miseriam possit appetere non esse. Videtur quod sic. per illud Matth. 26. de Iuda &c. * Bonum est mihi quod hoc est mihi malum. ergo magis appetendum. ¶ Præterea, Phil. 1. Rhetor. c. 2. Caretia mali est delectabilis, sed

delectabile est desiderabile, ergo carentia mali est desiderabilis, sed non esse non includit aliquod malum. ergo est delectabile, & per consequens desiderabile. ¶ Præterea, Ansel. Cur Deus homo lib. 1. c. 21. Fateri me necesse est, quia pro tota creatura nihil deberet facere contra voluntatem Dei, sed annihilari eligendum esset. ¶ Contra, Aug. 3. de libe. arbi. ante medium, vel circa, probat oppositum per tres rationes, ex intentione. & est prima ratio sua, ubi sic dicit. Non esse non est recte eligibile, quia nihil est. ¶ Præterea, secunda ratio est. in quo nulla est ratio boni, in ipso non est ratio melioris. Sed in non esse, non est ratio boni, igitur nec melioris. ergo non est præeligendum. ¶ Præterea tertia ratio Aug. ibidem. Qui recte eligit, necesse est, ut cum peruenerit ad illud quod eligit, melior sit, sed nullus sit melior per non esse. ergo &c. & has rationes ponit Aug. ex intentione in libro prædicto.

QVÆSTIO II.

Vtrum damnati appetant non esse propter fugiendam miseriam.



EXTRA hoc quaritur. Vtrum damnati appetant non esse propter fugiendam miseriam. Videtur quod non. obiectum voluntatis est bonum, vel verum, vel apparens. ergo nihil est appetibile, nisi aliquod illorum, sed in non ente nullum illorum est. ergo &c. ¶ Præterea, qui vult esse in quiete vult esse, non enim potest velle esse in quiete, nisi velit

se-

A seipsum, sed damnati non possunt non appetere beatitudinem. ergo nec possunt non velle esse in quiete. ergo non possunt velle non esse. ¶ Contra. Apostolus. Desiderabunt mortem &c.

Apost. 9.

RESPONDEO, ad primam questionem, quod potest dupliciter intelligi, secundum quod est duplex miseria. scilicet poenę & culpę. ¶ Si quærat questio, utrum possit quis secundum rectam rationem ad fugiendum miseriam poenę appetere non esse.

*Ri. presen
ti dist. ar.
prin. q. 9.
2.*

DICUNT QUIDAM, quod non prima ratio est ad hoc, malum ideo est malum, quia admittit aliquod bonum, sed non esse admittit totum bonum, quia totam naturam. ergo maius malum est non esse, quam miseria poenę, sed secundum rectam rationem maius malum nunquam debet appeti propter fugam minoris mali. ergo nunquam non esse est appetendum secundum rectam rationem propter fugam

*Aug. 12.
iii. c. 16.*

poenę. ¶ Præterea secundo, fuga maioris perfectionis non est appetenda propter ademptionem minoris perfectionis. igitur nec oppositum maioris perfectionis propter fugam oppositi minoris, sed esse est maior perfectio, quam gaudium, quia secundum Dionysium de diu. no. Inter omnes diuinas participationes, esse est nobilior, ergo oppositum esse ipsius non potest appeti propter fugam oppositi ipsius, quod est poena. ¶ Si autem quæratur de malo culpę dicunt quidam quod non, sicut & prius dictum est in vniuersali, & ad hoc

Ca. 5.

*Ricar. ubi
supra.*

concludunt duæ prædictę rationes. ¶ Prima, quia culpa non admittit totum bonum, quia relinquit naturam, sed non esse ni-

hil relinquit. ¶ Secunda, quia esse est nobilior participatio diuina, quam esse sine culpa, vel participatio iustitię oppositę culpę. ¶ Ad hoc etiam assignantur alię rationes.

¶ Prima est talis. Si propter fugam culpę esset appetendum non esse, & non propter poenę fugam, hoc esset propter aliquam rationem mali repertam in culpa, quæ non reperitur in poena, triplex autem malum inuenitur in culpa, quod non in poena.

¶ Vnum, quia pro culpa infligitur poena. ¶ Secundum, quia Deus potest poenam efficere, non culpam. ¶ Tertium, quia culpa facit habentem formaliter malum. ¶ Propter primum, non potest appeti non esse, quia nihil est appetendum, quod est maius malum propter fugam minoris mali, sed appetendo non esse propter fugam culpę ratione mali poenę infligendę per eam, non vitatur maius malum, quam sit malum poenę quæ infligitur pro illo. ¶ Præterea, poenę infligentia nunquam potest esse ita mala, sicut non esse. ergo non est appetendum non esse, propter fugam poenę infligendę pro culpa. ¶ Præterea, nec propter secundum malum repertum in culpa, quale est quod Deus non potest facere, quia sicut non potest facere culpam, sic etiam non potest facere non esse, neutrius enim est causa positiua, ut patet per Aug. 83. q. 21. ubi dicit, quod Deus non est causa alicui creaturę tendendi in non esse, sed tantum est causa non esse, non est conferuando esse, sic est etiam causa peccati, non infundendo gratiam per quam tollitur peccatum. Nec propter tertium, quia

quia

A quia per culpam non deordina-
tur tota natura, nec efficitur ma-
la, nisi voluntas. ergo propter il-
lam malitiam, etiam non est ap-
petendum non esse.

ALII DICUNT oppo-
situm, scilicet quod propter cul-
pam fugiendum, est appeten-
dum non esse secundum rectam
rationem, quod primo probatur
sic, quilibet tenetur magis fuge-
re illud quod est contra Deum,
quam illud quod est contra se-
ipsum, sed culpa est contra Deum,
non esse vero contra seipsum, er-
go &c. ¶ Et confirmatur, quia
homo plus tenetur diligere
Deum, quam se.

¶ Præterea, maius malum est
magis fugiendum, tale est ma-
lum culpa respectu non esse. er-
go &c. minor probatur, carentia
boni debiti est maius malum,
quia formaliter malitia est, quam
carentia boni indebiti, sed pec-
catum, vel culpa est carentia bo-
ni debiti, non esse autem non
est carentia boni debiti, alias
ante creationem mundi fuisset
boni debiti carentia, & sic ma-
lum, peius ergo est peccatum
quam non esse.

¶ Præterea, quod est malum
simpliciter magis est vitandum,
quam quod est tantum malum
huius, propter quod etiam con-
ceditur, quod Deus potest esse
causa peccati, licet non culpe, quia
culpa est simpliciter malum, non
pœna, sed solum huius, & quod
culpa sit malum simpliciter,
probo, quia opponitur bono
simpliciter, tollit enim Deo ho-
norem debitum, sicut patet per
Ans. 1. Cur Deus homo. c. 11. &
13. peccator enim quantum in
se est, Deum inhonorat, quia er-
go peccatum est contra Deum,

& contra ordinem vniuersi est, &
malum simpliciter, non esse au-
tem non est malum simpliciter,
sed huic tantum.

CONTRA primam opin.
que dicit, quod malum pœna est
magis eligendum. videtur, quod il-
la rationes sint contra eos, quia
ita concludunt de malo culpa,
sicut de malo pœna, & tamen
non dicunt ipsi vniformiter de
vtroque malo, nec est ista
propositio vera, quod illud quod
adimit maius bonum, vel plus
de bono, sit maius malum.

¶ Præterea, illa rationes de ma-
lo culpa, habent instanciam, quia,
quando dicitur in prima rōne,
quod quilibet tenetur magis fuge-
re, quod est contra Deum, quam
contra seipsum. dicendum, quod ver-
um est, si eodem modo est contra
Deum & contra seipsum, aliter non
oportet. patet in aliis, plus ego di-
ligo pedem meum, quam aliquem alium
hominem, tamen magis volo aliquam
lesionem pedis mei, quam mor-
tem alicuius alterius, sic plus di-
ligo Deum, tamen potius volo
sibi aliquam offensam, quam me non
esse, sed qui peccat non ita fa-
cit contra Deum, quam velit Deum
non esse, sed tamen facit contra præceptum
Dei, & sic non facit contra eum Dei.

¶ Dico ergo quod modo eodem
non est contra Deum culpa mea,
quomodo non esse contra ho-
minem & vitam eius, quia per
culpam non destruitur Deus,
neque detrimentum fit ei, sicut
non esse est detrimentum meum,
& contra me, sed ideo dicitur
contra Deum, quia culpa fit con-
tra præceptum diuinum. Nec propter
culpam Deus vult te non esse
simpliciter, nec peccator appet-
tit non esse propter culpam, nec
non esse est contra præceptum.

Sco. sup. 4. Sen. Iii ¶ Ad



A ¶ Ad secundum dicendum, quod maior vera est ceteris paribus, scilicet quod maius malum est fugiendum, quia ceteris paribus carentia boni debiti est maius malum, quam boni indebiti: si autem bonum debiti supponit bonum indebitum, nec sine ipso potest haberi, tunc carentia boni indebiti est maius malum, quia sic est carentia boni indebiti causalis occasio carentiæ boni debiti. sic est in proposito, bonum enim secundum, quod est bonum debiti, non potest haberi sine bono indebito, quod est primum, & sic maior in proposito est falsa, quia cetera non sunt paria. Unde quod dicitur in minori, quod malum culpe est maius malum, dico quod est petitio principij.

¶ Ad tertium, eodem modo dicendum, sicut ad primum: si. **a.**

B Deo, vel vniuerso posset esse peius in se propter culpam, verum esset, sed turbatio vniuersi non est in toto vniuerso, sed tantum in hac parte, sicut damnatio non est, nisi in hac parte. si ergo intelligis per malum simpliciter huic, est verum, si autem intelligis, quod est simpliciter malum, & huic, falsum est, quia sic non esse est ibi simpliciter malum, non culpa, quia non esse tollit totale esse eius, & sic est sibi totale malum, non autem sic culpa, quia non tollit totam naturam. ¶ Cum dicis, quod peccator inhonorat Deum, & ideo est malum simpliciter. Dico, quod si peccatum tolleretur aliquid de his quæ sunt in Deo a Deo, tunc verum esset, sed quia non tollit aliquid honoris, nisi quod debet esse in honorante, ideo non valet. ¶ Præterea sicut

hoc, Deus maxime debet nolle peccatum, quia est contra ipsum, & sicut hoc potius deberet animare peccatum, quod velle ipsum non esse peccantis.

¶ Vel dicas, si argumentum concludit quod culpa contra Deum est, tunc esset magis nola da ab illo, contra quæ est, quod non esse illius, qui culpam commisit contra eum, & sic Deus magis vellet destructionem illius. si culpa permittere aliud, si non esse, & magis deberet nolle peccatum, quam non esse istius: sicut si frigus esset malum rosæ pluviam aliquid aliud, tunc calor conservans rosam destrueret frigus, sicut maius malum. ¶ Item, secundum hoc deberet quilibet absolute appetere non esse, antequam alius peccaret, quia in eo non saluaretur honor Dei, sicut nec in se, quando peccat mortaliter, sed hoc non credo esse verum.

¶ Præterea, quodcunque peccatum mortale cuilibet peccatori æquale existens, æque inhonorat Deum, & tunc sicut hoc quilibet potius tenetur velle non esse, quam in quemcunque mortaliter peccare, quod non credo tamen.

RESPONDEO ergo ad quod propter fugam mali penitus nullus sicut rectam rationem potest vel debet appetere non esse, probatio. nullus recta ratione potest appetere non esse ad fugiendum iustum & bonum, sed malum penitus est iustum & bonum, ergo propter fugam ipsius nullus debet appetere non esse. maior patet, quia nihil potest appeti simpliciter, nisi esse, iustum autem & bonum magis habet rationem esse, quod non esse, quia esse opponitur ipsi esse.

A esse. minorem probo, quia pena est quid iustum & bonum, quia positivum, & punitivum peccati & culpæ. ¶ Præterea, nullus sine rectam rationem potest aliquid appetere contra inclinationem naturalem, quando illa consonat voluntati diuinæ, sed ad esse est appetitus naturalis, ut patet 2. de generatione. & 2. & de anima. & est voluntati diuinæ consonus, quod patet ex hoc quod ipsum causat immediate in creatura rationali, & in perpetuum conseruat: pena autem non est dissona voluntati diuinæ, quia infligitur ea, ergo propter ipsam non est appetendum non esse. ¶ Vt autem in istis rationibus bonitate & iustitia inclinatione naturali ad esse, & voluntate diuina quæ est regula recta appetitus humani, quæ non concludunt de malo culpæ. Nam licet voluntas diuina sit ad penam puniendum, non tamen voluntas naturalis non vtor autem istis terminis sicut alia prædicta rationes dicebant quod malum adimit bonum, & maius malum maius bonum. ¶ De secundo dico, quod ad fugiendum malum culpa potest aliquo modo appeti non esse, & alio modo non. Hæc ¶ Vnde sciendum, quod dupliciter potest comparari voluntas diuina ad non esse, & ad miseriam culpæ. s. vniiformiter, & difformiter. ¶ Vniiformiter, ut sit causa ipsius non esse, sicut est causa ipsius culpæ, & hoc modo quaestio nulla esset, quia nullo modo potest esse causa ipsius non esse, nec etiam si posset deberet velle se facere non esse propter fugiendam culpam, quia in hoc peccaret mortaliter, probo, sicut potest esse diuinum maxime teneor diligere esse meum, sic post

odium esse diuini, maxime teneor vitare & fugere odium esse proprium, ergo odiendo esse proprium, & volendo ipsum facere non esse, pecco mortaliter, ergo oportet, ut intelligatur quod si quod ad ea comparatur voluntas difformiter, videlicet si quod voluntas potest appetere non esse, non ut sit causa, sicut est causa peccati, sed ut voluntarie sustineret ipsum non esse, si infligeretur sibi, & sic non est quasi velle simpliciter, sed quasi non nolle: & talis voluntas est semper, quando duo mala ponuntur maius & minus malum, quia quando sunt duo mala in eligendo, minus malum est fugere maius malum, quia ibi vnum habet rationem boni respectu alterius, ut patet. ¶ Ethic. c. 6. Sic ergo intelligendo quaestionem, dico quod voluntas creata tenetur non vitare non esse a Deo annihilante, aliter enim mortaliter peccaret. ¶ Ratio ad hoc, quia quilibet secundum rectam rationem tenetur seruare præceptum diuinum, quandiu non est reuocatum, & per consequens non facere peccatum in quocunque casu, quia quodecunque peccatum est peccatum, quia est contra præceptum diuinum, ergo in quocunque peccato quis transgreditur præceptum diuinum, sed non nolendo se a Deo annihilari, non transgreditur quis præceptum diuinum, sed inclinationem naturalem. Vitare autem peccatum includit præceptum quod non est reuocatum, nunc autem semper sic est, ergo teneor ad istud, ut fugiat & vitet illud. ¶ Præterea, quia aliqua duo concurrunt secundum diuersas regulas, semper illud quod est secundum regulam superiorem est eligendum & faciendum, sic est in proposito, Theorema

lii 2 quia

Theorema

In fine.

D

Theorema

A quia praeceptum diuinū est s^m regulā superiorem, quia s^m voluntatem diuinā, quod est de nō committendo culpā, sed nolle non esse est s^m inclinationē naturalē, quā est inferior, ergo potius debet non nolle se annihilari a Deo, q̄ culpam suam, vel peccatū esse. ¶ Et dico, nisi reuocetur p̄ceptū, quia non * vī, q̄ circa creaturā fit aliquod peccatū mortale ex genere, sed tū ex p̄cepto diuino, vt cognoscere alienam, occidere hominē, quia illa ex se, si Deus reuocaret praeceptum, non essent peccata.

a. l. dist.
sur.

B Hoc autem potest sic declarari, quia nō dicitur, q̄ circa creaturam sit aliquod peccatū ex genere, habere enim nō suā, non est peccatum nisi ex circumstantia: cognoscere enim non suam, non est actus simpliciter malus, sed circumstantionatus, non autem ex genere actus. Vnde si Deus faceret illam suā, nullum esset peccatum. similiter occidere hominem non est peccatum ex genere actus, quia licite potest fieri a iusto iudice, & huiusmodi. peccatum autē dū stat peccatum, tenetur quilibet vitare, & p̄ceptum dum stat p̄ceptū, tenetur quilibet seruare, igitur dum stat praeceptum tenet nolle esse illud, quod est contra p̄ceptum, & hāc est culpa mortalis, isto modo tenetur potius sustinere non esse a Deo annihilante, quā peccare. Vnde ex vna parte transgrediendo praeceptum est causa peccati, ex alia parte non est causa peccati, sed sustinet non esse propter Deū, & ideo hoc est potius & citius eligendum. Debet igitur intelligi, q̄ non debet quis facere contra praeceptum manens p̄ceptū,

sed si reuocetur, tunc licite potest eligere illud sine peccato, & Deus potest facere de non licito licitum, & de praecepto non praeceptum.

¶ Præterea, velle illo modo non esse, ne scilicet peccet quis mortaliter, est velle non esse, ne inhonoret Deum, sed hoc procedit ex maxima charitate & dilectione Dei, quia intantum vult seruare praeceptum Dei, q̄ potius vult non esse, quam transgredi, sed actus procedens ex maxima dilectione Dei, est actus consonus rōni rectæ, ergo debet se permittere occidi a Deo, antequā velit peccare, Deus .n. non peccat occidendo te. &c. ¶ Præterea s^m philosophum. 9. Ethic. propter bonū actū virtutis debet se virtuosus exponere morti, non q̄ occidat seipsum, sed q̄ se offerat alteri, vt occidat priusquam committat aliquid turpe, ergo magis qui sequitur legem diuinā debet se exponere morti, etiam ipsi non esse, antequā faciat contra legem diuinam. ¶ Et si dicas, q̄ philosophus nō diceret, q̄ debet se exponere morti, si sciuisset, q̄ haberet vitam immortalem, quia vita immortalis p̄ponderat illi actui virtutis, p̄ quē mortuus est, sed quia non diu durasset vita illius s^m eū, ideo p̄ponderauit ille actus virtutis omnib⁹ aliis, quos postea habuisset: & si sic s^m rectam rationem non fuisset eligendū apud Aristot. non esse potius, quam committeretur turpe. ergo non nunc. ¶ Rādeo, si homo s^m rectam rōnem debet se cōiungere fini, tunc s^m rectā rōnē debet se cōiungere omni quo coniungitur illi fini, sicut si tenetur ad finē morālē s^m rectā

A rationem tunc quicquid con-
comitur illum actum, nihilomi-
nus habet æque necessariū or-
dinem ad illum finem. siue er-
go concomitur immortalitas,
siue non pro illo nunc ne
perdat finem moralem secun-
dum rectam rationem tenetur
ad illum actum virtutis, p quē
sibi coniungitur.

¶ Et tunc si arguatur, in om-
ni natura ita est, quod melior
est substantia quam operatio
vel beatitudo eius, quia beatitu-
do eius est accidens, nullum au-
tem accidens perfectius est sub-
stantia, ergo nunquam beatitu-
do est finis, quia finis nobilior
est eo, quod est ad finem.

¶ Respondeo, pro tanto opera-
tio vel beatitudo non dicitur bo-
num, nisi quia coniungit fini,
quod est simpliciter bonum, &

quia est medium ei. sic intelli-
git Aristoteles quod quæcumque ope-
ratio se habet ad finem huma-
num, illa est simpliciter eligen-
da, quia secundum hanc sub-
stantia sua perficitur & conuer-
titur, & sic aliud non est accipien-
dum quod auertit.

¶ Alij textus sic habent.

¶ Respondeo, si homo secun-
dum rectam rationem debet se
coniungere fini, tunc secundum
rectam rationem debet se ad om-
ne quod coniungit illi fini con-
iungere. diuturnitas igitur siue
perpetuitas nihil facit, ac si ex-
pectaretur aliam vitam perpetuā,
quia sicut est rectus ordo ad fi-
nem, & recta ratio pro tunc. Igi-
tur semper fuisset rectus ordo
actus practici ad finem virtutis,
vel actus. Igitur talis actus sem-
per est faciendus, antequā tur-
pe aliquid fieret contra virtutes,
vel bonos mores. ¶ Si dicas, q

actus ille moralis est minus per-
fectus, q̄ sit substantia mea, vel
vita, vel esse meum, quia est bo-
num perpetuum. ¶ Rūdeo. dico
q̄ actus intrinsecus non est sim-
pliciter bonus, nisi quia operan-
do circa ipsum subiectum effi-
citur bonum, ita substantia est
melior quam finis intrinsecus
beatitudinis, & tamen propter
habendam beatitudinem susti-
nemus mortem, & amittimus
esse substantiale. tamen inquan-
tum actus ille, vel operatio con-
iungit fini ultimo & bono extrin-
seco, dī esse melior & perfectior
substantia sua, maxime quia in
hoc facit optimum substantiæ
sue, quātum iste actus facit ma-
gis propinquum Deo. sic in pro-
posito, quia per actū moriendi
coniungitur fini morali, & est
optimum substantiæ sue.

AD ARGUMENTA.

¶ Ad primum dicendum, q̄ pōt
concedi, q̄ prius debuit elige-
re se non fuisse creatum a Deo,
q̄ q̄ fecisset illud malum. si au-
tem intelligatur quod melius
fuisset * sibi non fuisse natum, *a. l. ibi.*
quā habere poenā illā, tunc
exponitur de natiuitate extra
vterum, quod melius sibi fuisset,
q̄ fuisset mortuus in vtero.

¶ Ad secundum dicendū quod
carentia mali, supposito aliquo
bono, est delectabilis, sed nul-
lo bono supposito, non est dele-
ctabilis, quia nihil est. ¶ Si autē
arguas de malo culpa, tunc ar-
gumentum est pro me.

¶ Ad aliud dicendum, quod
arguit de miseria culpa. Et hoc
concedo potest etiam concedi,
quod est verbum discipuli. ta-
men Anselmus approbavit.

¶ Ad illa in oppositum dicen-
dum, q̄ absolute loquendo non

A debet appetere non esse, ita quod voluntas sit causa ipsius non esse, quantum est in se, potest tamen appetere non esse, scilicet permissiue, scilicet quod si infligeretur sibi, voluntarie acciperet, & secundum hoc procedunt rationes Augustini.

AD SECVNDAM questionem, iam patet quid sit dicendum, quia licet debent magis velle non esse, quam in peccato permanere. credo tamen quod appetunt non esse, non propter culpam fugiendam, sunt enim obstinati, sed propter penam quam sustinent: ratio est. non esse non est maximum malum, nec per se odibile, sed miseria est per se malum, & per se odibile. ergo quilibet ipsam naturaliter refugit, nec ab hac fuga retrahitur. tale autem non est non esse. ergo &c.

Prima patet, quia sicut non esse ab eterno, non fuit malum, sic nec post est malum, nec aliquis vnquam contendit cum Deo, quia non fuit natus antequam fuit natus, sed poena & miseria est simpliciter malum, & ideo simpliciter nolenda, quia est contra appetitum naturalem, nec esse est per se obiectum commodi. Vnde si daretur mihi optio, ego eligerem potius non esse simpliciter, quam in tali, & tanta miseria esse.

Contra, esse est magis diligibile affectione commodi. probo. Omnis appetitus affectione commodi est concupiscens, concupiscens alicui concupiscit, & hoc habet pro fine. Sed omnis appetitus affectione commodi sibi concupiscit, ergo maxime concupiscit sibi suum esse.

Præterea, August. 19. de Ciui. Dei, dicit quod amor sui cuiusque ad contemptum Dei facit ciuitatem diaboli, hoc maxime viget in damnatis: sicut ex opposito maxime amor Dei in beatis.

Præterea, affectio commodi sequitur appetitum naturalem, sed natura maxime appetit esse, ergo & affectio commodi maxime est ad esse. tunc sic, cuius oppositum quis maxime odit, ipsum affectione commodi maxime diligit. Sed oppositum ipsius esse maxime quis odit affectione commodi, ergo esse maxime diligit.

Respondeo, de minori posset esse dubium propter beatitudinem, quæ magis videtur diligi affectione commodi, quia opponitur ipsi miserie: sed tamen certum est, quod licet concupiscentia quo ad concupiscentiam sit magis ad beatitudinem, non tamen concupita est beatitudo nisi propter me, sicut propter finem. concedo ergo minorem, sed ad maiorem (quando dicitur, quod esse est maxime eligibile affectione commodi, & sic oppositum eius est maxime fugiendum,) dico quod est falsa, nisi sit in eodem genere oppositionis. tunc ad minorem dico, quod non esse est oppositum esse contradictorie. Sed miseria & beatitudo contrariæ. Velle etiam & nolle sunt actus contrarii, & habent opposita obiecta, nunc autem contradictorium non habet rationem formalem odibilis, sed contrarium. contrarium enim est maioris odij, quod contradictorium. probo, ex affectione beatitudinis est odibilis,

A litas, non enim appeto non esse, nisi quia vellem beatus esse, sed huic opponitur miseria. ergo & cetera. ¶ Præterea, illud est malum formaliter, sed non esse non est malum formaliter, & sic patet quod illa propositio est falsa quæ dicit, quod opponitur magis bono est magis fugiendum, nisi opponantur contrarie. credo tamen quod propter fugam pœnæ vellent non esse, quia dicit hoc scriptura secunda, cunctum illud Apoc. Desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

AD ARGUMENTA.

¶ Ad primum dico, quod ibi sunt duo nolle, tamen fortius nolle teneret, & sic dicitur nolle non esse, quia in non esse nihil mali imaginatur. ¶ Ad secundum dicendum, quod consequentia bona est de volitione efficaci, non tamen de absolute, vel simpliciter volitione, & ideo arguis ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis non destruendo totum consequens.

¶ Vel sic ad primum dico, quod ibi sunt duo nolle, & vnum fortius alio, & ideo cedit vni, & vult illud aliud, quia. scilicet miseria pœnæ habet rationem maioris nobilitatis, licet sint duo nolle, & duo nolle, vnum contrarie, & aliud negatiue, & ideo vnum magis nolendū, quam alterum. ¶ Ad secundum cum dicitur, & damnati non possunt non appetere beatitudinem, & sic semper esse in quiete appetunt. Dico quod consequentia est bona loquendo de volitione efficaci non est autem bona loquendo de conditionata. si possent velle non esse. Unde istud argumentum procedit

ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis, non destruendo totum consequens, simul igitur possunt appetere beatitudinem, & non esse voluntate conditionata.

QUESTIO III.

Vtrum beati videant penas damnatorum.



TRVM beati videant penas damnatorum, vtrumque non, quia si videret, aliquid esset eis ratio videndi, sed nihil potest eis esse ratio videndi eas, quia non essentia diuina, quia ipsa non representat omnia, ut distincta, quia ipsa est indeterminata ad omnes creaturas. Nec proprietas personalis, quia illa non est communis tribus. ratio autem cognoscendi est communis tribus. Nec alius respectus ad extra, quia ille non potest esse cognitus, nisi prius sint cognita extrema. ergo cum nihil aliud sit in diuinis, nisi aliquod illorum, & pro illa non cognoscunt, ergo non possunt cognoscere.

¶ Præterea nihil cognoscitur nisi quod habet ideam in Deo, pena autem est quoddam malum. ergo non habet in Deo ideam. ergo &c. ¶ Præterea, si videt penas damnatorum, vel voluit eas vel noluit. si voluit, ergo videtur crudelis: si noluit, & non possunt subleuare, ergo cadit in eis tristitia, quod est inconueniens. ergo &c. ¶ Contra. Gregorius in dialogo, & ponit magister in littera.

RESPONDEO. Hic primo est videndum, vtrum videant vel cognoscant illas penas in ge-

*Li. 4. c. 34.
Idem sup.
Loc. 10.*

A nere proprio. ¶ Secundo utrum in verbo. ¶ Patet q. non videant visione sensibili, quia nec est distantia debita. similiter si requiratur distantia debita inter intellectum, & obiectum. ¶ Etia non cognoscunt, quia non est distantia proportionata inter potentiam existentem in coelo empyreo, & obiectum in inferno. Sic ergo patet q. non in genere proprio. ¶ Remanet ergo quaestio, si in verbo cognoscant eas. ¶ Vbi prima difficultas est, quid est ratio cognoscendi eis illas poenas in Deo. ¶ Et dico, q. est essentia diuina, non respectus nec personale aliquod probatio, quando * causa est illimitata ex perfectione sua ad plures effectus in se, ex se est determinatissima determinatione excludente contradictionem, vel indifferentiam ad contradictoria ad quodcunque illorum pluriū, probo quia si est tm illius, esset determinata ad illud (sed quod extendit se etia ad aliud cauandum, nihil dimittit de virtute sua respectu illius, nec impedit determinationem sui respectu illius, tunc arguitur. Si aliqua essentia esset determinata ad representandum tantum hanc essentiam, illa esset determinata duplici determinatione ad contradictoria, & determinatione ad alia, sed essentia diuina est illimitata ad omnia entia, & est ad quodlibet illorum determinata determinatione excludente indifferentiam ad contradictoria, (vt ostensum est in primo libro,) ergo per hoc, q. extendit se & est illimitata ad plura, nihil tollitur sibi de perfectione respectu illius, vel cuiuslibet illorum in se, & ideo

sine omni determinatione & c. omni determinante re vel ratione cognoscibilis est ex se, & ratio cognoscendi omnium ad q. est. ¶ Secundo est videndum, quomodo hoc est, an poena habeat ideam in Deo. ¶ Dico secundū Augusti. 9. de trini. ca. 10. quod aliquid est cognoscibile secundum speciem, & aliquid secundum priuationem. ¶ Cognitio secundum speciem, est eius rei quae cognoscitur in se. ¶ Secundum priuationem cognoscitur qd cognoscitur per aliud, & idē dicit phil. 4. 7. & 9. met. quod priuatio cognoscitur per habitū. ¶ Tunc dicitur ad propositum, quod poena damnatorū est multiplex. ¶ Quadam poena damni, carentia. scilicet visionis diuinae. ¶ Alia est tristitia de ipsa poena. ¶ Tertia tristitia de culpa, non vti offendit Deū, sed vt est causa poenae. ¶ Quarta est tristitia de igne continente perpetuo. ¶ Quinta de igne immutante, & retinente intellectum damnatorum in perpetua consideratione sua. ¶ Tertia tristitia. scilicet de culpa, in quantum est peccatum est vermis conscientiae. ¶ Si ergo est quaestio de poena damni, quae est carentia visionis diuinae, sine de culpa quae est causa poenae, sic dico, q. non vident in essentia diuina, quia nec habet ideam in deo, nec imitantur ideā, quia nec in se, nec in aliquo gradu entis sunt, nec per cōsequēs imitantur illam in aliquo gradu: & ita ista non est ratio cognoscendi in essentia diuina secundum speciem, quia non habent propriam ideam in Deo, sed secundum similitudinem per aliud. ¶ Si autem est qd de tristitia alijs, tunc dico, q. illae cognoscuntur.

theorema

B

di. 8. et 28.

excludente indifferentiam ad contradictoria, (vt ostensum est in primo libro,) ergo per hoc, q. extendit se & est illimitata ad plura, nihil tollitur sibi de perfectione respectu illius, vel cuiuslibet illorum in se, & ideo

seuntur secundum speciē, quia sunt vere entia positiua, q̄ hnt vere propriam ideam in Deo.

¶ Sed quid facit idea, si ponatur ad cognitionem & visionem illam? Dico, q̄ si idea ponitur respectus essentia diuinæ ad extra, cognitio illorum ad quæ est respectus ille, necessario præsupponitur, essentia enim nunquā est comparata, nisi prius intelligatur illud, ad quod fit comparatio, non enim fit comparatio ad ignotum. ¶ Per quid ergo cognoscuntur illa ad quæ comparatur? non per cognitionem illius respectus, oportet ergo, q̄ per illam essentiam quæ perfectissime omnia representat, quæ ut sic representans illa, ut obiecta cognita habet rōnem ideæ.

¶ Et si arhuatur, q̄ hoc non potest esse, quia illud quod sic se habet in ratione cogniti, est deductum vel abstractum ab alio, ergo habet necessario exemplar a quo, vel vnde productum est sub ratione propria & determinata, & hoc habet rōnem ideæ. ¶ Dico, q̄ falsum est, immo ipsa essentia est exemplar illimitatum. Et ista est prima ratio in esse cognito, nō autem alia rō, quæ prius det esse cognitum, ut dictum est in primo libro, & hæc magis determinate representat, quā aliquid limitatū, nedum extra existens, immo q̄ aliquid intra. Illo modo loquebatur Augu. quia ipse loquebatur de ideis, sicut Plato. * Plato autem ponebat eas in mente diuinā, sicut per se entia.

¶ Sed de tertio principali scilicet quomodo se habet voluntas beatorum ad ipsas pœnas damnatorum, non credo, q̄ consolentur absolute de pœnis eo-

rum, quia nec Deus, qui est index inferens penam, consolatur absolute, ut patet per Isaiā, Heu me consolabor super inimicos meos. Obiectū. n. circa qd ordinat est natura nuda, & illā non ordinat ad penam, nisi propter rōnem mali, non ergo gaudent de eis, nisi propter iustitiam iudicis, si est. immo quia est nolita ab eis, aliud autem ut culpa est nolitum ab eis.

¶ Aliter tamen est in eis velle, quā in Deo, quia Deus est index voluntarie inferens, sed in eis non est, nisi velle complacentia, inquantum est determinatū a iusta voluntate diuina, & si placeret Deo vellent liberationem eorum, vel saltem non displiceret eis, si placeret Deo & sic patet quod non acceptant pœnam, ut primū obiectū, sed ut est a iustitia diuina iustificata eis.

¶ Alij textus sic sunt.

¶ De tertio principali. s. q̄no voluntas beatorū se hnt ad istas pœnas dānatorum, nec video, nec scio q̄no vel ipsi vel Deus gaudeat, vel consolentur de pœnis eorū. Vñ Deus dicit Isai. primo p. modū plangentis. Heu consolor de hostibus meis. Vñ cū dicit Heu, non dicit, nisi quasi dolendo, quia Deus est, cui proprium est misereri semp & parcere, nec letatur in perditione malorum morientium. Vñ non ordinat aliquos ad pœnam, nisi quadam rōne necessitatis in natura, eo q̄ non pōt aliter ordinare saluo ordine iustitiæ, qua ordinari debet culpa sub pœna nō tñ est volitū simplr, nec a Deo, nec a beatis, sed tñ est volitum secundū quid, gaudent enim pp iustitiā, inquantū natura existēs sub culpa ordinatur per pœnam.

¶ Scien-

A ¶ Sciendum tñ, qd aliter dēt gaudere iudex de pœna iuste infligta, quàm alius, cuius non interest. Vnde Deus acceptat damnatorum penam, quia iusta est, & sit in vindictam offensæ iudicis, & ideo eius interest habere maiorem complacentiam infligendo iuste pœnam, quod debeant habere beati, qd alij beati minus debent habere de complacentia, eo quā ad eos non pertinet vindicta, immo si placeret Deo vellent eorum liberationem, vel saltem non displiceret eis liberatio eorum. Vnde Deus acceptat id quod iustum est in se, sed beati acceptant illud pro tanto, vt est ordinatū,

✱ & infligtum a Deo.

¶ Sed erit ne tristitia in eis in videndo pœnas damnatorum propter illud nolle. Dico quod non, quia beati omnia vident in Deo, sicut in primo obiecto eorum volito, & volunt quod Deus vult: vident autem Deum velle pœnas eorum, & intelligere eas, ideo volunt eas intelligere, vt Deus, & velle vt Deus vult eas, & ideo pœna illa non est eis, vt obiectum nolitum, sed volitum, tamen si placeret Deo absolute nollent, nec tamen propter hoc est tristitia in eis, quia voluntas eorum non est capax tristitiæ propter delectationem perfectam, quæ impedit omnē tristitiam, non solum oppositā, sed quamecunque contingentē, nec est etiam ista nolitio nisi conditionalis, scilicet si Deus veller, & ideo non sequitur tristitia, quia talis nolitio non est sufficiens causa tristitiæ.

A D A R G V M E N T A.

¶ Ad primum nego maiorem, a. l. quod. * quando dicis, quod essentia

non potest esse ratio cognoscendi, & ad probationem, quando dicis, quod est indeterminata, dico quod verum est, non tamen indeterminatione, quæ est cum potentialitate quadam ad contradictoria, quæ est imperfectionis, & isto modo materia est indeterminata ad formas, & genus ad species, & de ista verum est, quod non sufficit ad determinatam cognitionem.

Sed alia est indeterminatio, & illimitatio actiua, & actualitatis, & talis est sufficiens ratio, & cauendi, & cognoscendi. sic essentia diuina est indeterminata propter illimitationem suæ perfectionis. illud autem indeterminatum, quod propter suam illimitationem est perfectius, quàm determinatum determinatione opposita, bene potest esse ratio determinate cognitionis. sicut esset vnus tantum. sic autem essentia diuina se habet ad omnia cognoscibilia. ¶ Ad aliud, dico quod non habet ideam, cognoscitur tamen per habitum, sicut primum habet cognosci. ¶ Ad tertium dico, quod volunt eas, sed non primo, quia volunt quicquid Deus vult, non tamen propter hoc sunt crudeles,

quia nolunt prima volitione: nec tamen propter hoc tristitan, quia appetitus eorum non est capax tristitiæ, vt dictum est, sed vultu diuino satisfiuntur.

QVÆ.

A QVÆSTIO IIII.

Utrum pena omnium damnatorum sit æqualis.

ULTIMO quo ad rōrum quartum istum quaeritur. Utrum pena omnium damnatorū sit æqualis. Videtur quod sic. Pena essentialis damnatorum est pena damni, quæ consistit in carentia diuinæ visionis, carentia vero est priuatio, sed priuatio non recipit magis & minus, ergo &c.

¶ Item, ignis qui facit penam sentus omnium erit idem. Sed agens naturale agit secundum vim potentie suæ in omne, in quod agit, ergo æqualiter patentur, quia in omnibus pena æqualis erit, &c.

B ¶ Item, si pena vnius esset minor, q̄ pena alterius, tunc pena peioris esset maior, quā minus mali, sed hoc est falsum. ergo &c. consequentia patet, falsitas * consequentis * probatur, quia maior pena est maius bonum, quia pena est aliquod positium, & per consequens bonum, quia a Deo, & sic si daretur pena maior peiori, plus daretur sibi de bono.

¶ Præterea, si illa pena esset sic diuersa in diuersis secundū magis & minus, tunc deber plus attendi maioritas, vel minoritas secundum extensionem, quā secundum intensionem. probo, ex hoc deber attendi grauitas penæ ex quo grauitas culpe, grauitas autem culpe attenditur penes infinitatem, ergo & penæ: sed hoc non potest esse secundum intensionem. ergo

quo ad extensionem. ergo in penis non est diuersitas inæqualitatis, quia qualibet infinita extensio, & per cōsequens omnium hominum erit æqualis.

¶ Contra Apoca. 18. dicitur. Quantum glorificauit se, & in deuitis &c. & in Psalmo dicitur. *psal. 61.* Redderet vnicuique secundum opera sua.

QVÆSTIO V.

Utrum beatitudo omnium beatorum sit æqualis.

UXTA hoc quaeritur. Vtrū beatitudo omnium beatorum sit æqualis. Videtur quod sic. quia dicitur in Matthæo. Singuli receperunt singulos denarios. æquale enim donum. **D** erit in ecclesia triumphante, quantum ad numerum. ergo non potest intelligi secundum extensionem. ergo secundum intensionem.

¶ Præterea, fructio sequitur visionem, sed non vident Deum inæqualiter, ergo nec fruuntur eo inæqualiter. quod non videant Deum inæqualiter, patet per August. 83 q. 9. 32. vbi dicit, quod vnus non intelligit melius rem quā alius, quia qui aliter intelligit rem quā est, fallitur. igitur cum secundum eum ibidem beati intelligant Deum, & non videant sicut est, vnus non videbit eum clariorem alio, igitur nec eo delectabilius nec beatius perficitur. ergo non potest inæqualiter videri. ¶ Præterea August. super Ioannē Homil. sexagesima sexta dicit,

A cit, & ponitur in litera. Omnium erit par gaudium. ergo par beatitudo, gaudium enim vel est idem quod operatio, vel consequitur operationem, quia equallem operationem sequitur equalis delectatio.

¶ Contra Ioannis. 14. dicit saluator. In domo patris mei mansiones multe sunt, & loquitur de beatis secundum Augustinum. ¶ Præterea, apostolus prima ad Corin. Sicut differt stella a stella in claritate, &c. ¶ Item in psal. dicit. Reddet unicuique secundum opera sua, sed opera sunt inæqualia &c.

QVÆSTIO VI.

Vtrum beatitudo corporum erit equalis.



HOC QUÆRITUR. Vtrum beatitudo corporum erit equalis. videtur quod sic. primo de impassibilitate, impassibilitas est priuatio, sed priuatio non recipit magis & minus. ergo nec impassibilitas. ¶ Præterea, quod non in subtilitate, quia subtilitas est possibilitas coexistendi vnum corpus cum alio. prohibito voluntatis animæ informantis ipsum. Sed æqualiter omne corpus beatum habet possibilitatem tale, ergo &c. ¶ Contra Cor. Stella differt a stella, sic erit resurrectio mortuorum.

RESPONDEO, Et primo ad secundam questionem, circa quam sex sunt videnda. ¶ Primo, quomodo potest stare inæqualitas in eadem specie. ¶ Secundo, vtrum est ista inæqualitas. ¶ Tertio, quod non potest absolute esse ex parte po-

tentia passiva. ¶ Quarto, quod est ex actiuo & qualiter. ¶ Quinto, vtrum ex natura voluntatis, vel habitus. ¶ Sexto, ex his quæ inæqualiter fruuntur Deo.

¶ De primo, quod inæqualitas possit esse in eadem specie, in beatitudine, videtur esse contradictio, quia beatitudo includit quietationem appetitus naturalis in quolibet beato. Sed appetitus naturalis in quolibet indiuiduo est ad perfectionem summam possibilem in illa specie. ergo si appetitus talis quietatur, non nisi per summam possibilem in specie. ergo hoc erit æquale in omnibus, quia appetitus naturalis est æqualis in omnibus. ergo &c. ¶ Præterea, appetitus liber consonus appetitui naturali rectus est. probatio. Consonans recto rectum est, appetitus naturalis est rectus, quia Deus est causa illius in natura, qui non potest esse causa, nisi recta & recti, sed appetitus naturalis est ad summam perfectionem possibilem in specie, ergo & voluntas libera si est recta, erit ad summam perfectionem in specie, sed nullus est beatus, nisi qui habet quicquid vult recte. ergo nullus erit beatus, nisi habeat summam perfectionem, quæ est possibilis in specie. ¶ Respondeo, quod inæqualitas potest stare cum beatitudine in eadem specie, probatio. Non oportet quod appetitus naturalis habeat omnem perfectionem, cuius est summe capax, patet de graui, quod est capax. esse summe deorsum, scilicet in centro, non in omne graue potest esse in centro, & si tolleretur impedimentum esset summe deorsum, & tamen non potest esse, sed facit se deorsum, quoniam.

quantū pōt, & ibi quiescit, & iō
sufficit, q̄ graue quietetur eo
mō quo grauitas est principiū
intrinsecū ad quietationē, est au
tē sic principiū, q̄ stante eadem
perfectiōe naturę ad quam est
maior inclinatio maiorem ha
bet perfectiōem, & hoc siue sit
ab intrinseco perfectiōe corū,
siue ab extrinseco, quod est na
tura vniuersalis. hoc autem est,
vtilia, quę sunt magis graua
quietentur magis deorsum, vn
de sufficit minus graui, quod
quietetur in superficie terrę.

¶ Sic est etiam in proposito,
quod licet appetitus naturalis
naturaliter inclinet ad summam
perfectiōem, iustitia tamen
distributiua in Deo, quę ordi
nat omnia propter seipsam, ordi
nat sic homines ad beatitu
dinem, vt hęc perfectiō detur
propter meritum non propter
petitum naturalem, & quia in
æqualia possunt esse merita in
eadem specie hominum, per cō
sequens, & perfectiō potest esse
inequalis. ¶ Ad primum argumē
tum dico, quod totalis appeti
tus quietatur, vt est consonus
voluntati siue regulę superiori,
non quod tantum accipiat, quā
tum capere posset, nihilominus
tamen quietatur, quia attingit
quantum natus est attingere p
dispositionem illam mediam,
sine qua non erit coniunctiō ad
illam causam, huius autem di
spositiō est per merita. ¶ Ad se
cundum dico, quod * appetitus
liber, tunc est rectus, quando est
consonus regulę diuine, & huic
appetitui naturali huius suppo
siti, modo ita est quod * quan
do aliquid habet duas regulas,
si vt comparatur ad superiorem
regulam est conforme ei, tunc

simpliciter est rectum, si vt com
paratur ad inferiorē regulam est
ei conforme, est secundum quid
rectum, sed beatus non vult ha
bere maiorem beatitudinem,
quā Deus vult eum habere, &
hoc dico actu elicitō, ergo
tunc simpliciter appetitus est re
ctus, non autem quantum incli
nat naturalis appetitus. & si con
formaretur sibi in hoc non di
uinę regulę, iam esset simplici
ter malus, id est secundum quid
rectus. ¶ Et * quando dicit, q̄
tunc appetitus naturalis esset
malus, dico quod non, appeti
tus enim naturalis est ad hoc,
ad quod datus est, nec propter
hoc malus est, appetitus enim
naturalis tactius non est pro
pter hoc malus, quod non po
test non delectari in tangibili
conuenienti, quia hoc est in po
testate sua, sed hoc in appetitu
libero esset malum, quia est in
potestate sua, non delectari, &
ideo appetitus naturalis in hoc
non est rectus, quia appetit il
lud quod Deus vult ipsum ap
petere. non enim potest abso
lute appetere quod Deus vult
sicut liber, nec tamen appetit
contra Deum, quia Deus ordi
nat eum sic appetere.

¶ Secundo est videndum, vn
de sit illa inequalitas, oportet
enim q̄ sit vela potentia passi
ue, vel actiua, vel ab obiecto bea
titudinis, si potentia sit neu
tra, sed non potest esse ab obie
cto, probatio, obiectum beatitu
dinis non potest esse obiectum
beati, nisi vt infinitum in perfe
ctione. Infinitum vt infinitum
in perfectione nō pōt ēē inequa
le, ergo ex parte obiecti non
potest esse inequalitas, ma
ior probata est in primo li
bro,

4. l. quod.

D

A bro, & modo etiã probatur. Im-
Diff. 1. q. 1. et alibi
sape. possibile est potentiam quietari
 perfecte, nisi in optimo, in
 quo saluatur ratio obiecti sui,
 sed totum ens est obiectum vo-
 luntatis sub ratione boni, & in-
 tellectus sub ratione veri, ergo
 intellectus & voluntas non quie-
 rantur, nisi ubi est obiectum suum
 in summa sua perfectione, sed
 in nullo finito potest esse in sum-
 ma sua perfectione. ergo non nisi
 in infinito. minor probatur. enti
 ut ens, non repugnat esse infini-
 tum (ut probatum est in libro
 primo) ergo &c. patet ergo quod ex
 parte obiecti non potest esse
 ista inæqualitas, quia secundum
 totum secundum rem & ratio-
 nem obijciuntur obiectum. ¶ Ter-
 tia conclusio est, quod non potest
 esse ista inæqualitas ex parte po-
 tentiæ passiue absolute, cuius ra-
 tio est, quæcunque potentia pas-
 siua in specie est ad perfectionem
 totam eandem in specie absolu-
 te, in quocunque individuo pro-
 pter dispositionem tamen, ut pu-
 ta propter merita ut disposita,
 sic potest esse inæqualis respec-
 tu perfectionis in diuersis indi-
 uiduis in eadem specie, sed ista
 non sufficit, quia non manet cum
 effectu, scilicet beatitudine, nec
 est causa principalis, sed est tan-
 tum præuium ad effectum. non
 autem manet, quando inest. ¶ Quar-
 ta conclusio est, quod est ex parte
 actiui. actiuum autem potest po-
 ni, vel intrinsecum, vel extrinse-
 cum. si ponatur extrinsecum, im-
 possibile est, quod ponatur inæqua-
 le in se, sed quia tantum inæqua-
 liter agit. non autem potest in-
 æqualiter agere, vel saltem non
 agit inæqualiter, nisi quia dispo-
 sitio præuia est inæqualis: nisi
 forte diceret, quod agit inæqualiter

sine dispositione, quia agit si-
 cut vult, & non secundum iusti-
 tiam distributiuam. tunc enim
 non est quare vnus minus vel
 plus habeat, quam alius, nisi quia
 vult vni dare plus quam alteri,
 & si esset agens necessarium, ut
 poneret philosophus, quod ageret
 necessitate nature, sequeretur quod
 causaret in quolibet quantum
 posset capere natura illa. ¶ Si au-
 tem ponatur principium acti-
 uum intrinsecum aliquo modo, vi-
 detur probabile, quod sit charitas,
 non enim videtur poni propter
 aliud, nisi propter principium
 actiuum. non enim videtur fa-
 cere ad passionem, nec frustra
 ponitur. ergo habet rationem
 principij actiui, sed non potest
 habere rationem principij acti-
 ui, nisi potentia sit actiua, quam
 habilitat ad agendum, quæ po-
 tentia est voluntas, si sic, tunc fa-
 cile est videre quomodo est in-
 æqualitas, non solum in actione,
 sed etiam in ipso principio acti-
 uo est inæqualitas, ut patet, vo-
 luntas enim & charitas in diuer-
 sis secundum perfectionem pos-
 sunt esse inæquales.

¶ Quinta conclusio * sequi-
 tur ex ista quarta, quia si volun-
 tas est causa inæqualitatis, quia
 est principium actiuum inæqua-
 le, tunc erit inæqualitas in bea-
 titudine in naturalibus, si au-
 tem inæqualitas sit per habitum
 charitatis, non potest æqualiter
 agere sicut ignobilior, quod vide-
 tur inconueniens. ¶ Respondetur
 ad hoc, quod siue sit voluntas æqua-
 lis, charitas vero inæqualis, siue
 charitas equalis & voluntas in-
 æqualis, potest tamen in inæqua-
 lem actum, probetur. In effectu po-
 test esse perfectio aliqua non to-
 tum a prima causa, sed etiam a
 se.

A secunda. Sed dices. si sit æqualis charitas, ita q̄ habens voluntatem ignobiliorem, habet tantam charitatem quantam habens nobiliorem voluntatem, & habens nobiliorem habet similem charitatem, quæ est causa æqualis actus tunc, quantum est ex parte charitatis, actus est æqualis tamen quantum est ex parte actus voluntatis, qui habet voluntatem nobiliorem, habet perfectiorem actum, & tunc cum charitas sit ratio merendi, sequitur q̄ equaliter meriti erunt inæqualiter beati. ¶ Respondeo, & dico, q̄ est æqualitas quantitatis illis in specie actus, tamen est inæqualitas proportionis, inferior enim voluntas agit secundum totum suum conatum, sed voluntas nobilior non, & sic secundum hoc non dabitur tanta charitas uni, sicut alteri proportionaliter. ¶ Sed argues. Ille qui habet nobiliorem voluntatem, & minorem charitatem, non habet æqualem beatitudinē æquali actu.

¶ Dico, q̄ primo sunt æquales in merendo æqualitate quantitatis, non æqualitate proportionis, quæ attenditur secundum maiorem conatum vel minorem, ideo charitas inæqualiter inæqualitate proportionis tribuit eis, beatitudo tamen æqualiter æqualitate quantitatis. ¶ Ex hoc patet. 6. q̄ scilicet inæqualiter fruuntur Deo. ¶ Sed quid? voluit ne æqualiter bonum suum, & alteri beato bonum suum, maius vel inæqualiter? videtur quod non, quia maius bonum est magis diligendum. Sed bonum beatissimæ virginis est maius, quam bonum Linii. ergo beatus Linus magis diligit bonum

beatæ virginis, quam suum sibi & si sic, cum dilectionem sequatur gaudium, tunc tantum gaudebit, immo plus de bono alterius, qui habet maius gaudium, quam de bono suo, quod est minus. ¶ Respondeo, unusquisque citra Deum plus diligit se, quàm alium, & ad hoc tenetur, quia post Deum minus tenetur odire se, quàm aliquem alium, & magis diligere se, quàm aliquem alium: quia si non, tunc non teneretur magis vitare peccatum in se, quàm in quacunque creatura, quod est falsum. In nullo enim tantum debet fugere peccatum, sicut in se, & pro tanto magis tenetur sibi diligere Deum amore commodi, quam beatæ virginis. ¶ Ad rationem, quando dicitur, maius bonum &c. dico quod verum est ceteris paribus. hic autem non sunt cetera paria, exclusio igitur simpliciter optimo, falsum est, quod omne melius sit magis diligendū, nisi sit æqualis vnitas vtriusque boni ad diligentem, quia dilectio fundatur in vnitate. ¶ Aliter potest dici, quod verum est extensivè, non intensivè: vult enim beatæ virginis bonum, quod est maius, & sibi suum, tamen vult bonum suum intensiori actu, quàm beatæ virginis suum bonum, licet plura bona velit beatæ virginis. ¶ Sed quid? erit ne adhuc propter hoc æquale gaudium, quia vult illi bonum suum, quod est maius, & sibi ipsi bonum suum, quod est minus? videtur q̄ sic, quia vult illi maius bonum quam sibi, quod bonum etiam evenit sibi, sed de hoc generatur gaudium, ergo habebit gaudium tantum, vel plus de bono alterius, sicut de suo.

B. Quare
27. dist.
tert. q̄.

D

A suo. ¶ Respondeo, gaudium magis non semper prouenit ex voluto magis bono, sed ex intentio ri actū volendi bonum volitū, sed bonum suum est magis volitum intente, quā alterius. ergo ex hoc magis gaudium est.

Gregorius
sic expo-
nit.

AD ARGVMENTA

illius questionis. ¶ Ad primum, q singuli recipiunt singulos denarios &c. dicitur quod verum est, & exponitur de vita æterna, quam quilibet accipit. ¶ Aliter expono, quod ille denarius est essentia diuina, quæ est idem obiectum omnium beatorum, & datur omnibus sub æquali ratione, quia infinita ex parte obiecti. ¶ Ad secundum dico, q omnes ille propositiones sunt truncatæ, aduerbium enim, nisi habear participium, vel verbū semper est truncata locutio, siue incongrua: sic est propositio hæc

B in proposito, qui * intelligit re aliter quā est fallitur. hæc enim p^a in 3. aliter potest poni circa actum dist. 2. q. intelligendi. & sic propositio falsa, quia omnis intellectus creatus intelligit rem aliter, quam est, quia intellectio est accidens. intellectum autem potest esse

In prædicamentis. vel non est, oratio dicitur vera, c. de substantia, aliqua substantia, & sic non est propositio Augustini alia ab illa philosophi. ab eo quod res est, vel falsa. potest etiam poni circa rem quæ intelligitur. & sic intellectus si rem aliter intelligit q sit, falsum intelligit. q secundum hoc illud aliter dicit modum circa obiectum, & sic qui intelligit rem aliter quam est fallitur, quia non intelligit eam. nihilominus tamen vnus potest habere clariorem modum intelligendi alio. ¶ Ad aliud dico, q non est par scitio, nec par gaudiū, nec

etiam paramor concupiscentiæ, nec etiā par delectatio sequens, licet enim sit de paribus, non tamen pari affectu. Intelligit ergo Augustinus extensius, non intensius, quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus de quibus alius gaudebit.

AD TERTIAM Questionem dicendum, q si ille beatitudines corporis ponuntur q alitates absolute positiue, tunc erunt inæquales quia siue perficiant corpus suum ex redudantia animæ ad corpus, siue a Deo immediate. differunt tamen secundum merita, quia merita sunt inæqualia, etiam cum beatitudo animarum sit inæqualis, ille qualitates erunt inæquales. Si autem impassibilitas est solum possibilitas non patiendi corpus abijciente a substantia Deo preseruante vt visum est prius, & si subtilitas est possibilitas essendi corpus cum alio corpore, pro libito voluntatis animæ sue, tuac videtur de his, q nō recipiunt inæqualitatem, quia omnia corpora equaliter preseruantur a passione, & equaliter possunt esse cum alio corpore. agilitas vero si est in corporibus qualitas proportionis, posset esse equalis. si vero est secundum q proportionantur virtuti animæ, & illa potest esse inæqualis, sic & agilitas. de claritate, si est tantū pfectus color in gradu perfecto, non est dubium quin sit inæqualis.

AD ARGVMENTA. duo prima procedunt de impassibilitate, & subtilitate, patet in corpore questionis, quid sit dicendum.

¶ Ad illud in oppositum de claritate, concedo.

AD

A AD PRIMAM QVÆ-
stionem concedo q̄ damnati
erant miseri, miseria scilicet ani-
mæ & corporis, & ita est duplex
miseria. Sicut & beati sunt bea-
ti in anima & corpore. ¶ Mi-
seria autem animæ est in dupli-
ci pena, scilicet damni & vermis.
¶ De pena damni dico, q̄ non
est solum carentia, quia sic non
esset pena, sed est carentia boni
apti nati inesse, & convenien-
tis, quod debet inesse, non boni
remoti, sed propinqui, nec cum
hoc toto esset illa carentia pe-
næ, nisi esset nolita, & ideo opor-
tet q̄ sit carentia inuoluntaria,
sic autem potest dupliciter in-
telligi inæqualis. primo, quia ef-
fet carentia inæqualis, quia in-
æqualiter ordinati ad beatitu-
dinem, quia ad alios & alios
gradus beatitudinis, similiter
potest esse inæqualitas inuolun-
taria, quia magis vellet minus
bonum suum, quam alterius.
Sed * qualiter erit illa inæquali-
tas in illis? Dico, q̄ erit secun-
dum inæqualitatem culpæ, quia
qui habet grauiorem habebit
carentiam maioris boni, ad qd
fuit ordinatus, probo. * Quan-
to actus elicitur cum maiori co-
nata, tanto debet habere ma-
iorem rectitudinem, & per conse-
quens tanto magis debet ordi-
nare ad maius præmium. qui
ergo grauius peccat, priuat se
maiori bono, & sic patet secun-
dum primum modum, quomo-
do potest pena damni esse in-
æqualis. ¶ Ex alia parte. Quan-
to aliquis grauius peccat, tanto
magis dimittitur affectioni cō-
modi, & priuatur affectione ius-
titie, & per consequens erit ma-
gis nolens peccatum suum, in-
quantum est causa penæ, ergo

magis habebit de nolitōne, C
quam alius, quanto magis ha-
bet de affectione commodi.

¶ Contra, si ille qui fuit ma-
ior peccator, magis diligit se, &
sic magis tristatur de damno
suo, tamen quantum diligit se
magis delectabitur. Probo, si
talis magis diligit se, & volun-
tarie operatur circa se, vt obie-
ctum dilectionis suæ, vt puta cir-
ca obiectum, convenientissi-
mum, & sic tunc aliqua delecta-
tio erit in eis, quod est incon-
ueniens.

¶ Respondeo, si quilibet dā-
natus, & p̄cipue demones pos-
sent stare in quietā cognitione
sua, & dilectione sua perpetua,
& non determinarentur ab hoc
vel ab alio, reputarent se beatos
* beatitudine naturali, & ideo B. Pueri ī
in cognitione sua maxime quie-
scerent, & credo, quod quia ab
hoc impediuntur, quod est in
eis maxima pena. ¶ Et tunc
ad rationem dicendum, quod
nullus potest stare absolute in
cognitione, & consideratione
sua, sed tantum vt est terminus
cuiusdam alterius, scilicet infir-
mi, vel carentiæ, vel priuationis
tanti boni commodi. sicut in-
firmus considerat se, non ra-
tione sua, sed ratione alterius.

¶ De pena vermis dico sicut de
prima. Illa enim pena vermis
erit quadam tristitia, & con-
tinuus remorsus conscientie: &
ista pena erit eis inæqualis, si-

Seco. sup. 4. Sen. K k k cut

Acut tristitia qua nollent isti mala pati est eis inæqualis, vt dictū est supra, inquantum tollit ab eis bonum commodi, sic enim habebunt remorsum maiorem vel minorem secundum proportionem culpæ, sicut de peccato grauiori infligitur eis grauior pena. ¶ Si quaras, vel dicas, quod isti sunt æquales in naturalibus, inæquales tamen in conatu voluntatis ad peccandum. ergo debetur eis pena equalis propter æqualitatem in naturalibus, vel inæqualis propter maiorem, vel minorem conatum.

*In solutio-
ne secūda
quaestio-
nis.* ¶ Respondeo (sicut supra de beatitudine) non enim est æqualis beatitudo propter æqualitatem in naturalibus, nec propter æqualitatem boni actus elicitī, sed secundum quod est maior conatus in hoc quam in illo, secundum hoc est maius meritum, & maius præmium: sic in proposito, licet voluntates peccantium & actus fuerint æquales, non tamen æque fuit in eis culpa, quia non fuit in quolibet æqualis conatus in peccato, quare nec equalis pena in puniendo. ¶ De pena ignis, dico quod ignis immutat appetitum sensitium, & mediante illo, voluntatem, & inæqualiter obiectum potest elici. ¶ Sed erit ne ista inæqualis immutatio, vel quia ignis in se est inæqualis, vel quia corpora inæqualiter immutantur ab eis? ¶ Dico, qd si illa corpora damnata erūt sine motu locali, ita qd non mouebuntur de loco ad locum, tunc afflictio erūt inæqualia, & hoc est rationabilius, qd sunt inæqualia, quā a quod sunt. quia sic sunt pauciora

miracula in damnatione eorū, C si enim est afflictio æquale, & tamen vnus minus & altus magis punitur, erit ibi perpetuum miraculum: si autem sunt mobiles, & transferantur de loco ad locum, tunc possunt trahi ferri de vno afflictio in vno gradu ad aliud afflictio in alio gradu, secundum illud lib. Transibunt ab aquis nium ad calorem nium. Vel si erit equalis, potest dici qd est eis intrinsecum afflictio eorum, vel perpetuo contiguum, sicut concederetur modo de demonibus, & ad hoc videtur esse Aug. 12. de ciuit. Dei. c. 18. 2. in quadam auctoritate, quæ sic incipit. Nequaquam negandum est.

A D A R G V M E N T V M primum dico, qd ratione habetur quem negat priuatio, nō est maior vna quam alia, sed ratione malitiæ & maioris boni, qd priuat, potest esse maior, quia priuatio maioris boni. ¶ Vel potest dici, qd est inæqualis inquantum inuoluntaria. ¶ Ad secundum patet responsio. ¶ Ad tertium dico, qd secundum meritum distributum non potest dari peiori plus de bono, si est simpliciter magis bonum, & huic, si vero non est bonum huic, est tamen bonum simpliciter maius, bene potest dari, & sic est de pena in proposito. ¶ Ad vltimum nego, qd excelsus in pena debeat attendi secundum quantitatem extensionis, quia per se culpæ correspondet pena secundum intentionem secundum iustitiam distributam. Vnde (sicut dixi supra) Deus posset intelligere penam aliam quam, quæ si tantum per modum

Amentum duraret, sufficienter
tamen puniret peccatum, nec
forte duratio pœnæ cadit sub
dementio, sicut nec duratio bea-
titudinis sub merito, sed ratio-
ne liberalitatis. ¶ Et* quan-
do dicis, q̄ grauitas accipit ex-
ceptionem in peccato, quia se-
cundum infinitatem, & secun-
dum hoc correspondet pœnæ.
¶ Dico, q̄ peccatum non dici-
tur infinitum, nisi quia separat
ur a infinito, non q̄ formaliter
est, malitia sit infinita, quia talis &
tanta est, quanta est bonitas, qua
quæ data fuisset inesse illi actui, si se-

cundum debitas circumstantias
fuisset elicitus, sed hic non fuis-
set infinita, nec possibile fuisset
esse infinitam, nisi pro tanto,
quia coniungit infinito. hoc pa-
ter de fide ad Petrum, circa me-
dium. & ideo pœna durat, quia
peccatum in eis durat, unde di-
cit. Permanente in eis iniusta
affectionis malo, permanet in
eis iusta retributionis damna-
tio. A qua nos custodire digne
tur, qui est benedictus in secula
seculorum. Amen.

LAUS DEO.

Ad Laudem, Honorem, & Gloriam Omnipotentis
Dei, eiusq̄ illibate Genitricis, Seraphicq̄ Patriar-
che Dni Francisci, & utilitatem Christi fidelium,
Præsertim Sacrosanctæ Theologiae studiosorum, hic
est Finis Questionum Quarti voluminis scripti
Anglicani, siue Oxoniensis super Sententias, quæ
a Ioanne Duns Scoto, ordinis minorum, Theologo-
rum omnium eminentissimo, Scholæq̄ Subtilium
Vexillifero, (Qui (teste Abb. Tritemio) claruit
anno Domini MCCCVIII.) fuerunt exactis-
sime discussæ. nunc a mendis, quibus scatebant aut
Correctorum inscitia, aut Typographorum incur-
ria, vndiq̄ expurgatæ, multipliciq̄ lumine illustra-
tæ, per Saluatorem Bartolucium Assisiatem, conuen-
tualem Franciscanum, Sacræ Theologiæ Docto-
rem, doctrinæq̄ Scoticæ sectatorem, & locupletato-
rem, atque in nobilissima magna Domus Venetia-
rum Regentem, ac moderatorem. MDLXXX.